

ut sunt .xxiiij. & .xxxviii. huiusmodi non possunt in mediocritate
 diuidi. & eorum rursus partes in alias mediocritates sine aliqua
 dubitatione soluantur. sunt etiam quidam alii numeri quorum
 partes alias recipias sectiones sed ipsa diuisio ad unitatem usque
 non peruenit. igitur in eo quod plus quam unam suscipit
 sectionem habet similitudinem partiter paris & partiter im-
 pari segregatus. In eouero quod usque sectio illa non ducitur
 partiter impari non reficitur. sed a partiter pari disiungitur
 Opus autem que illi quoque recipiunt quod quaedam
 partes eius respondent. denominantur quae secundum genus
 suum ad propriam quantitatem ad similitudinem scilicet partiter
 paris numeri. Alii uero partes contrariam denominationem
 sumunt propriae quantitatis ad partiter impari scilicet formam
 in .xxxiiij. enim numero .xii. pars est quantitatis partiter pari
 numero denominata. Nam quarta .vi. secunda .xii. sexta uero
 .iiii. duodecima .ii. quae uocabula partium a quantitatis partitate
 non discrepant. Contrariae uero denominantur. ut tertia pars .viii.
 octaua uero .iiii. uicesima quarta autem .i. quae denominationes
 cum pares sunt inueniuntur impares quantitates & cum sint
 pares summae sunt impares denominationes. nascuntur autem tales
 numeri ita ut substantiam suam in ipsa & iam propria generatione
 designent. ex partiter paribus & partiter imparibus eos necesse est